I. N. SS. T.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA,

DE

FUNDAMENTO HONESTATIS,

Quam,

AFFULGENTE GRATIA DIVINA,

PRÆSIDE,

MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE

DN. M. JOH. BERNH.

MUNSTER/

Philoloph. Pract. & Hiſtor. Profeſſ.

Celeberrimo,

Conſenſu Ampliſſ. Facult. Philoſoph.

PRO GRADU MAGISTERII,

Publicæ dextrè Philoſophantium cenſuræ modeſte ſiſtit,

Sacr. Reg. Majeſt. Alumnus

CLAUDIUS T. AUSTRIIN

Oſt-Gothus.

In Auditorio Maximo,

ad diem XXIV. Novemb. Anni MDCC.

Exc. J. WAL.

Rv. Mf. 6007

S:æ Regiæ Majestatis

SUMMÆ FIDEI VIRO,

In CHRISTO

Reverendissimo Patri ac Domino,

Dn. HAQUINO SPEGEL/

SS. Theologiæ DOCTORI

Consummatissimo,

Inclytæ Diœseceos Lincopensis

EPISCOPO

Eminentissimo,

Consistorii PRÆSIDI

Longe Celeberrimo,

Gymnasii & Scholarũ ejusdẽ Diœcesios

EPHORO

Gravissimo,

Mæcenati ac Promotori meo Maximo,

summa animi reverentia semper

suspiciendo,

PACEM, GRATIAM, SALUTEM!

IN CHRISTO

Reverendiſſime Pater ac Domine,
Mæcenas Summe,

Thejologum Lumen, Gothiæ
Celeberrime Præſul
SPEGEL/ quem clarus vitæ ni-
tor undique tollit,
Cujus & extremas orbis penetra-
vit in oras
Fama; ingens virtus, nec non ſan-
ctiſſima vitæ
Relligio, humanis pulchre comitata
Camænis
Et ſuperis: divinus honos: huc ad-
ſpice quæſo
Magne Vir, ac auras claſſi conce-
de ſecundas!
Nam mihi Cæſar ades atque es mi-
hi verus Apollo.
Huc adſis Sacrate Pater, tutare ca-
nentem

Me-

Metra licet tenui ac juvenili inducta cothurno,
Olim si fuero scribendi comodiora
Nactus tempora: si studiis magetuta tenellis,
Forte quies veniat major si advenerit ætas,
Uberius tua gesta canam: modo fata secundent.
Interea Precor, hæc sincera suscipe fronte
Meque Tuis Præsul transcribe Clientibus oro,
Et succurre malis quies me mulctavit egestas
Sidera donec erunt cælo dum gramen in hortis
Inclyta per terras maneat tua fama perennis.

REVERENDISSIMÆ TUÆ DIGNITATIS
devotissimus cultor,
Claudius Austriin.

Admodum Reverendis
Viris ac

DN. M. OLAO LANGELIO,

Templi Cathedralis Lincop. & Eccleſ. quæ ad Sacram Laurent: Ædem colligitur Paſtori & Archi-Præpoſito longe meritiſſimo, ac Conſiſtorii Adſeſſori Seniori graviſſimo, ut olim Præceptori Optimo, ita nunc Promotori ſummo cultu devenerando.

DN. M. SIMONI LÖFGREEN/

Gymnaſii Lincopenſis SS. Theologiæ Lectori adcuratiſſimo, Conſiſtorii Adſeſſori æquiſſimo, in Landeryd Paſtori fideliſſimo, Benefactori ſummo, officioſe colendo.

DN. M. ANDREÆ WibiörnsSon/

In Gymnaſio Lincopenſi Logices & Phyſices Lectori ſolertiſſimo, Conſiſtorii Adſeſſori ſpectatiſſimo, Fautori optimo.

DN. M. JOHANNI PHOENIX,

In Gymnaſio Lincopenſi Matheſeos Lectori Acutiſſimo, Conſiſtorii Adſeſſori Laudatiſſimo, Fautori Benigniſſimo.

PRÆCEPTORIBUS AC PROMO

ac Præclariſſimis

Dominis,

DN. M. CONSTANTI COLLIN,

Regii Gymnaſii Lincopenſis SS. Theologiæ Lectori Primario, Conſiſtorii Aſſeſſori prudentiſſimo, in Slaka Eccleſiæ DEI Paſtori digniſſimo, olim Publico & Privato Præceptori fideliſſimo, nunc Promotori ſumma animi veneratione ætatem proſequendo.

DN. M. ARVIDO BORENIO,

Gymnaſii Lincopenſis Græcæ Linguæ Lectori Peritiſſimo, Conſiſtorii Aſſeſſori Juſtiſſimo, in Skeda Poſtori vigilantiſſimo, Evergetæ Optimo, quibusvis obſequiis ſuſpiciendo.

DN. M. ANDREÆ Törner/

In Gymnaſio Lincopenſi Eloquentiæ Lectori diſertiſſimo, Conſiſtorii Aſſeſſori lectiſſimo, Fautori æſtimatiſſimo.

DN. M. NICOLAO DUVÆRO,

In Gymnaſio Lincopenſi Philoſophiæ Moralis & Hiſtoriarum Lectori experientiſſimo, Conſiſtorii Aſſeſſori Exoptatiſſimo, Fautori propenſiſſimo.

TORIBUS MEIS BENIGNISSIMIS.

Vos quoque Muſarum Fautores concelebrandos
In ſtudiis olim Lumina grata meis,
Vos mea ſubmiſſo nunc poplite charta ſalutat,
Cordicitus grates innumeras referens
Pro Veſtris *in me benefactis ferme paternis,*
Non minus Abodico, quam patrioque ſolo,
Ergo ne obduret monſtroſa oblivio mentem,
Hoc levidenſe fero, quod licet exiguum,
Conſulitote boni rogo, meque beare favore
Pergite conſveto, ſic mea Muſa vovet!

Veſtr: Nominum,

Devotus cultor
Claudius Auſtriin.

Ad VIRUM - JUVENEM

Solidæ eruditionis laude conſpicuum,

DN. CLAUDIUM AUSTRIIN,

Oſtro-Gothum.

Philoſ. CANDIDATUM digniſſimum,

Dum

FUNDAMENTUM HONESTATIS

Pro Gradu Magiſterii ventilandum

evulgavit:

Eſt didiciſſe decus, quodnam Fundamen Honeſti
Atque alios illud rite docere dein.
Lux ea, qvæ nobis primo connaſcitur ortu
Exerere hos Radios *tam ſinuoſa poteſt.*
Non igitur mirum Muſas decernere tantis
Auſibus ecce AUSTRIIN, *nomina clara tuis,*
Dum properant viridi tua tempora cingere lau-
Atq; novis titulis te celebrare virum, (ru
Ingenii & poteris calamique vigore, probatus
Promeritæ longum ſcandere laudis iter.
Sic gratus poteris patrios accedere lares,
Fautorum & nutu præmia ferre. Vale.

Gratulabundus ſubito ſcripſit

JOHANNES FLACHSENIUS,

S.S. Th. D. Prof. Primarius

& Archi-Præpoſitus.

Viro Juveni

Optimis Artibus insigniter exculto, Eximio

DN. CLAUDIO AUSTRIIN,

Philosophiæ Candidato Meritissimo,

Amico & Commilitii perpetim dilecto:

MEntibus Humanis insevit Dædala Virtus
Naturâ, sensum Notitiamque DEI;
Per quam novit Homo, Numen, quod condidit orbem,
Immortale, dari, quod quoq; cuncta movet.
Cui debent omnes hominum persolvere honores
Divinos, flexo succiduoque Genu.
Rudera *dicuntur* Cœlestis Imaginis *hæc, &*
sunt, de quâ *callet Philosophia nihil.*
His de Notitiis innatis scribere pulchrè,
Clare AUSTRINE tibi sedula Cura fuit.
Ceu penes Auraicas vitam transmittere Musas
Hactenus attentum te cupisse scio;
Sic nunc, percipio rerum fandiq; peritum
Te, ad Patrios rursus velle redire Lares;
Ut monstres fructus quibus ornat casta Thalia
Cultores gnavos assiduosque suos.
Serviat Ergo Tibi ad nutum fortunâ secunda!
Utaris fato prosperiore diu!

L. Mq; quamvis festinatim
gratabar

SIMON Tålpo/

S.S. Theol. Prof. Ord. P. G. V.

§. I.

um ſummum & independens Ens, DEUS T. O. M. ſecundum perfectiſſimam Sapientiæ ſuæ Ideam, admirabile hoc mundi theatrum, per infinitam ejus potentiam, ex nihilo productum, omnibus mundi ſpeciebus, quæ in toto hoc univerſo continentur, egregie exornaſſet; ſingulis quidem entibus a ſe creatis ac dependentibus, præclaras dotes, cum uniuscujusque natura optime convenientes dedit: ſed tamen homini velut μικροκόσμῳ ac naturæ deliciis, nobiliſſima & animi & corporis dona reſervavit (a). Nam (ut radius

A divi-

(a) *Doct. Abrah. Calov. Theolog. Poſitiv. part. 1. cap. 10. de Oper. Hexæm. theſ. 7. §. 384. Erneſt. Compend. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 1. ſect. 1. Job. Sperling. Inſtitut. Phyſic. lib. 9. cap. 1. & ejus Anthropolog. Phyſic. lib. 2. part. 1. cap. 1. &c. & lib. 1. cap. 1. &c. Renat. Des-Cartes Meditat. 2. 3. & 6. de Prim. Philoſoph.*

divinæ ipſius ſapientiæ, bonitatis, ſanctitatis ac juſtitiæ in homine reſplendeſceret) ipſi præter corpus membrorum concinnitate ac formæ pulchritudine omnes cæteras creaturas longe ſuperans, etiam nobiliſſimam mentem Nodo prorſus Gordio ei junctam variisque excellentiſſimis facultatibus ornatam attribuit (*b*). E quibus ſciens ſcrutator rerum Intellectus, non ſolum varias res cognoſcens, cognitas inter ſeſe conferens, & e collatis novas ſibi notiones formans: ſed quoque quid intrinſece in ſe ſit juſtum & honeſtum ideoque faciendum, quidve natura ſua ſit injuſtum ac inhoneſtum & propterea omittendum ſit perſpiciens, omnesqve actiones humanas ad certam normam ac de-

(*b*) *Doct. Ludovic. De La Forge Tractat. de Ment. Human. cap. 13. §. 1. &c. Renat. Deſcarteſ. Tract. de Homin. part. 1. 2. 3. 4 &c. Joh. Henric. Suicer. Compend. Phyſic. §. 435. Jacob. Rohault. Tractat. Phyſic. part. 4. cap. 1. &c. Q. Curt. lib. 3. cap. 1.*

decentem finem dirigens (*c*): Et potentiſſima Regina actionum humanarum Voluntas, cujus beneficio homo ſponte absque aliqua intrinſeca neceſſitate ipſe actionis ſuæ auctor exiſtens, uno vel pluribus objectis ſibi propoſitis libere actionem ſuſcipere vel ſuſpendere: idque quod ab intellectu ipſi cognitum & judicatum eſt, vel ſub ratione boni eligere ac appetere, vel ſub ratione mali reſpuere ac averſari poteſt;

(*c*) *Sam. Pufendorf. de Offic. Homin. & Civ. lib. 1. cap. 1. Conrad. Hornei Philoſoph. Moral. lib. 2. cap. 2. Johan.* Eiſenhart. *Inſtit. Jur. Natur. cap. 4. §. 7. 8. Kilian. Rudrauf. Inſtitut. Moral. part. 2. cap. 1. theſ. 10. &c. Doct. Petr. a Sanct. Joſeph. Fulienſ. Idea Philoſoph. Natur. lib. 3. cap. 8. Sam. Pufendorf. de Jur. Natur. & Gent. lib. 1. cap. 3. Celeber. beat. noſtr. Theolog. Profeſſ. M. Andr. Wanoch. Diſquiſit. Practic. Part. Special. cap. 4. Doct. Ludovic. De La Forge Tractat. de Ment. Human. cap. 8. §. 3. 4. &c.*

primarias obtinent functiones (*d*). Præterea etiam ſummus rerum Conditor eximium ordinatæ ſocietatis appetitum naturæ hominum indidit, ut mortales naturali quadam neceſſitudine inter ſeſe conjuncti, præſtando mutua officia & beneficia, ſocietatis humanæ commoda promoverent (*e*). deniq; quoq; homines creaturarum omnium nobiliſſimos præ cæteris animantibus Sermone, optimo ſocietatis conjungendæ ac conſervandæ inſtrumento, ad conceptus mentis enuntiatione manifeſtandos ornavit: ut tanto melius mutua commoda promovere ſeque invicem ad honeſtatem, juſtitiam, pietatem cæterasque virtutes ſedulo exer-

(*d*) *Daniel. Sennert. Epit. Natural. Scient. lib. 8. cap. 1. pag. m. 666. Scal. Ex. 307. §. 3. Anton. Itter. Synoph. Philoſoph. Moral. lib. 2. cap. 1. Hieronym. Prætor. Theatr. Ethic. Part. 2. ſect. 1.* (*e*) *Joh. Joach. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 1. §. 9. & Artic. 3. §. 12. Plat. Epiſt. 9. f. 726. Chriſt. Liebenth. Colleg. Polit. Exerc. 2. Quæſt. 1. Timpl. lib. 1. Pol. 3. q. 5. Ariſtot. lib. 1. Pol. 2. Cicer. lib. 1. Offic.*

ercendas, conſiliis, monitis & adhortationibus excitare, atq; ipſi pro omnibus & animi & corporis & fortunæ bonis innumerisqve beneficiis divina clementia in ſeſe cumulatis, immortales agendo gratias, gloriam ejus ſummis laudibus celebrare poſſent (*f*). Poſtremo etiam Riſum, ſuaviſſimum conſociationis humanæ condimentum, ad lætitiam ob proſperum rerum ſuarum ſucceſſum in animo conceptam, vultu externiſq; geſtibus repræſentandam, omnibus & ſolis hominibus attribuit (*g*).

§. II.

Itaqve, cum ſupremum Numen, hominem, tam præclaris & animi & corporis donis præ omnibus cæteris animantibus ornaverat, per infinitam ipſius ſapientiam perfectiſſimo modo omnia penetrando, motus ſingu-

(*f*) *Joh. Sperling. Anthropol. Phyſic. lib. 1. cap. 6.* (*g*) *Ejusdem Inſtitut. Phyſic. lib. 9. cap. 2. Ricard. Cumberland. Diſquiſit. Philoſoph. de Legib. Natur. cap. 2. §. 27.*

gularum creaturarum optime dirige-re ſcientem, ſummamqve ejus ſanctitatem, qvæ perfectiſſima omnis ſancti idea ac norma exiſtens, ſemper ſanctum intellectui divino dictitat, (cum ipſum Euſebio teſte, ἀγαθὸς, ἀγαθῶ τε παντὸς ἀρχὴ, *bonum & boni omnis principium eſt* (a)): nulla ratione fieri poteſt, ut homini facultate res comprehendendi ac dijudicandi, ſive Intellectu honeſti ac juſti capace atque libera agendi Voluntate prædito, incertis, vagis & confuſis naturæ & fini ejus contrariis moribus conceſſis, ſine omni ordine ac norma actionum moralium impune pro proprio lubitu per quodlibet fas & nefas in qvævis deteſtanda ſcelera ruere permitteret (b). Nam cum non ſine ordine im-

(a) *Euſeb. lib. 4. de Evangel. f.* 144. (b) *Joh. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Art. 4. §. 2. & Artic. 1. §. 16. Irenæi. lib. 2. adverſ. hæreſ. cap. 48. pag.* 148. Kong Styrilſe *part. 1. §. 1. & Not. Clar. Scheffer. ibid. Gerhard. Iſagog. de Prov. Diſſ. 1. cap. 2. §. 3. Sam. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 1.*

Imperium ſuum in cætera Entia Creata exereeat: ſed omnibus ac ſingulis certum ordinem cum uniuscujusq; natura & indole optime convenientem, ut egregia in toto hoc univerſo harmonia conſervetur, propoſuerat obſervandum: utique multo magis homini, animanti animantium omnium præſtantiſſimo ac nobiliſſimo, anima rationali ornato & ad ipſius imaginem formato regulam vitæ ad quam omnes ejus actiones examinarentur conſtituerat: ut quanto excellentioribus ac nobilioribus donis, quam cæteræ creaturæ ratione deſtitutæ, eſt præditus, tanto magis etiam illis omnium actionum ſuarum ordine, decore ac pulchritudine excellat (c). Præterea, cum homo, (licet tam præcla-

(c) *Joh. Joachim. Zentgrav. Artic. 1. §. 3. Sam. Pufendorf. de Offic. Hom. & Civ. lib. 1. cap. 3. §. 3. Ejusdem Opus De Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 1. Cicer. offic. lib. 1. & Rachel. Comment. in ill. pag. m. 39. 48. 120. Cicer. de Legib. lib. 1. cap. 7. 8. 9. Hugo de Roy. de eo quod juſtum eſt. pag. 29.*

claris dotibus inſtructus) tot tantisq; imbecillitatibus ab ipſa nativitate ſit obnoxius, ut absq; aliorum hominum auxilio ad maturam ætatem pervenire nequeat: ſed per multorum annorum ſpatium ab aliis ſuſtentandus ac informandus eſt, priusquam proprio Marte ſibi victum & amictum comparare poteſt (*d*). ideoque ut unus alterius commoda omnibus officiis ac beneficiis, quæ ab ipſo proficiſci poſſunt, promoveret; ab ipſo ſupremo ſocietatis Auctore ad ſocialem vitam inſtituendam conditus ſit, atque ordinata ſocietas ſine norma actionum moralium conſervari nequeat: (nam Ariſtotele teſte, ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως, *ſalus civitatis vel ſocietatis in legibus conſiſtit* (*e*). utique ei regulam vitæ, ſecundum quam actiones ejus examinandæ eſſent, præſcripſerat. Nam, cum complurium nefariorum hominum

(*d*) *Sam. Pufendorf. de Offic. Homin. & Civ. lib. 1, cap. 3. §. 3. Idemq; de Jur. Natur. & Gent. lib. 2. cap. 1. Senec. lib. 1. de Clement: cap. 3.* (*e*) *Ariſtotel. lib. 1. Rhetor. 4.*

num cordibus tanta malitia alte infixa hæreat, ut ira & odio leviſſimas ſæpe ob cauſas in aliquem ſuſceptis, ac dominio efferatis affectibus conceſſo, omnem operam ad eundem, & animi, & corporis, & fortunæ bonis ſpoliandum conferant, homo ſemper in maximo vitæ periculo conſtitutus, in ſumma miſeria vitam traduceret: niſi Fundamentum Honeſtatis ejusmodi ſceleratorum hominum animis, nulla lege poſitiva adſtrictis, eſſet inſitum, qvod ipſos a recto honeſtatis ac virtutis tramite aberrantes, in inexplicabiles vitiorum ſalebras incurſuros, in regiam virtutis viam reduceret eorumq; effrænatos affectus coërceret (*f*). Huc etiam ſpectat, qvod homines tam diverſis ac ſæpe contrariis præditi ſunt ingeniis, ut vix duo quorum animi ad idem plane ſunt propenſi, reperiantur: nam hujus animus inani ſuperbia tumet, illius pernicioſa li-

(*f*). *Sam. Pufend. Opus de Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 1. ejusq; Compend. Jurisprudent. Univerſal. lib. 2. cap. 1. Quæſt. 4.*

bidine tenetur, hunc magna avaritia invadit, illum injusta imperandi cupido stimulat, aliisq; aliis inordinatis affectuum motibus rapiuntur: itaque hoc adagium, *Quot capita, tot sensus*, hinc suam traxerat originem (*g*). Quamobrem cum Arianeste, Καθόλε γὰρ πᾶν ζῶον ἁδενὶ ὅτως οἰκειῶται, ὡς τῷ ἰδίῳ συμφέροντι: *In universum enim omne animal sic sibi conciliatum est, ut nulli rei magis quam suæ propriæ utilitati sit devinctum* (*h*). Si nulla regula hominibus esset præscripta, secundum quam vitam suam instituerent, tunc, quilibet neglecta communis societatis utilitate, per omne fas & nefas proprium commodum quæreret: ideoque nullus ordo, de

(*g*) *Pufend. de Offic. Hom. & Civ. lib. 1. cap. 3. §. 6. p. 42. Joan. Barclaii Icon. Animor. cap. 2. 3. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10. &c. Erland. Dryfel. Specul. Monarch. de Octav. Cæsar. Augusti & Cajo Calig. &c. Caj. Sueton. Tranquill. de iisdem &c. Publ. Terent. Andr. Act. 1. Scen. 1. Ficin. in Plat. de Leg. dial. 1. Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Nat. Artic. 1. §. 9.* (*h*) *Arian. 2. in Epict. 22.*

decor, pulchritudo, honeſtas & juſtitia inter homines obſervarentur: ſed ſumma confuſione ex eorum ingeniorum diverſitate ac cupiditatum varietate & inconſtantia inter ipſos orta, ſumma inis miſcerentur, omniaqve cæde, rapinis, ſtupro, tyrannide aliisqve deteſtandis flagitiis implerentur. Qvæ ſingula ſapientiſſimus Conditor ac Moderator ſatis providens, menti hominis Fundamentum Honeſtatis, ſecundum quod actiones ejus dirigendæ eſſent, alte infixit: quod affulgente ſupremi Numinis gratia, in ſequentibus paragraphis explicare conſtituimus (*i*).

§. III.

Fundamentum Honeſtatis a ſupremo Numine in omnium hominum mentibus eſſe poſitum, ſecundum quod, tanquam cynoſuram, omnes homines actiones ſuas dirigent, propria ipſorum conſcientia, qua rationalis ac ſocialis eorum natura a ſupremo omnium rerum

(*i*) *Heinr. Hennig. Obſ. in Hugo. Gort. Proleg. de Jur. Bell. & Pac. p. m. 17. Auguſt. in Pſal. 57.*

rum Conditore eſt inſtructa, facile declarat: quæ inſtar clariſſimi luminis in intellectu illorum radians, ipſis non ſolum vitam honeſtate, juſtitia omnibusq; cæteris virtutibus fulgentem, agendam eſſe dictitat: ſed etiam quaſi interna vox cum tam efficaci obligationis ſenſu, additis ſeveriſſimis minis, eis ſecundum ſuum rectum dictamen honeſta ac juſta facere, turpia vero ac injuſta omittere imperat: ut homines ſibi plane habeant perſuaſum ſe violando ejus præcepta, contra ſupremi Legislatoris voluntatem facturos, & ut Regulæ Vitæ mentibus ſuis inſcriptæ transgreſſores, graviſſimæ pœnæ obnoxios futuros (*a*). Quam obrem

(*a*). *Joh. Joachim. Zentgrav. de jur. Natur. Artic.* 1. §. 10. *Balthaſar. Meiſner. Diſſertat. de Legib. lib.* 3. *Quæſt.* 1. *Beat. Celeber. noſtr. Theolog. Profeſſ. M. Andr. Wanoch. Diſquiſit. Practic. part. gener. cap.* 3. §. 6. *Joh. Sperling. Anthropolog. Phyſic. lib.* 1. *cap* 3. *D. Frideric. Balduin. Caſ. conſcient. lib.* 1. *cap.* 3. *Ambroſ. in Epiſt. ad Conſtant. Doct. Johan. Conrad. Dannhavver. Colleg. Pſych. Diſp.* 7.

obrem omnes non tantum infimæ ſortis homines, aliis ſuperioribus ſubditi, ac legibus civilibus adſtricti: ſed etiam ad ſummos dignitatis gradus evecti, qui omni humana poteſtate ſuperiores, ab omni hominum lege ac pœna liberi ſunt, & illi quorum facinora omnibus hominibus ſunt incognita, ideoque ſecuri ſeſe in foro humano nulla pœna ob ſua ſcelera eſſe afficiendos, perpetratis deteſtandis flagitiis tam vehementer ob violata rectæ rationis præcepta excruciantur, ut præ animi dolore ac cruciatu quorſum ſeſe vertent, neſciant: quod ex crudeliſſimis illis tyrannis Claudio Tiberio Nerone & Domitio Nerone, multisque aliis, qui ob abominanda ſua facinora tam gravibus conſcientiæ angoribus ac cruciatibus afflicti ſunt, ut nullo in loco, nec die, nec nocte, nec in vigiliis, nec in ſomno, ullam habuerint requiem, ſatis ſuperq; apparet (*b*). Qui morſus conſcientiæ etiam

(*b*) *Erland. Dryſel. Specul. Monarch. p. 149. & 160. Zentgr. Jur. Nat. de Calig. & Theodor. Art. 3.*

etiam gentiles nullis hominum legibus obnoxios, aliosque in ſtatu naturali viventes vehementiſſime ob commiſſa ſua ſcelera excruciant: quod ipſe Ovidius in hæc verba erumpens teſtatur:

Conſcia mens ut cuiq; ſua eſt, ita concipit intra,
Pectora pro facto ſpemq; metumq; ſuo (c).

Nam conſcientia hominum non ſolum ſicut reſplendeſcens divinæ ſanctitatis ac juſtitiæ radius, in intellectu ipſorum radiat, ut omnes quid faciendum vel omittendum & quomodo morale judicium ferendum ſit clariſſime perſpiciant: ſed etiam ipſos ad juſtitiam ac honeſtatem aliasq; virtutes ſummo ſtudio ſectandas invitat, invitatos inſtigat, ac inſtigatos obligat: ab injuſtis autem inhoneſtis ac vitio contaminatis factis, dictis & cogitationibus, ſedulis admonitionibus diſſuadet, & adjunctis ſeveriſſimis minis retrahit. Itaque cum homo ſecundum rectum ejus dictamen, virtutes exercet, *Conſcientia* (quæ Lipſio teſte) *eſt reliqua in ho-*

(c) P. Ovid. Naſo. Faſtor. lib. 1. v. 485.

homine rectæ rationis scintilla, bonorum malorumque factorum index ac judex (d); eum laudibus elatum consolatione sustentando, lætum ac intrepidum contra omnes malorum insultus reddit: Quamobrem bona conscientia est maximus hominis thesaurus & firmissimum ejus munimentum: Quod Horatius sedula meditatione secum perpendens, eam egregio hoc elogio prædicat, dicendo:

- - - *hic murus aheneus esto*
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa (e).

Sed cum homines susque deque habitis rectæ rationis præcepris ac conscientiæ stimulis, sese variis turpissimis flagitiis contaminant, conscientia eos ac-

(d) *Lipsi. lib. 1. pol. cap. 5. Pufendorf. de Jur. Natur. & Gent. lib. 1. cap. 3. §. 4. Joh. Sperling. Anthropol. Physic. lib. 1. cap. 3. Quæst. 7. Thom. part. 1. Quæst. 39. Vasqu. tom. 1. disp 59. art. 1. Sam Pufendof. Compend. Jurisprud. Univers. lib. 1. cap. 3. (e) Horat. lib. 1. Epist. ad Mæcenat. Ovid. lib. 4. Fastor. Plaut. in Amph.*

accuſat, accuſatos angit, anxios mœrore afficit, mœſtos vehementi ac ardenti ſupremi Legiſlatoris ira, ex eorum perpetratis flagitiis excitata, maxime terret, terrore perculſos ſemper & ubiq; graviſſimis cruciatibus lacerat, eſtq; acerrimus eorum accuſator, teſtis, judex, carcer, tortor ac carnifex: Nam Juvenal. teſtimonium perhibente, ipſos

\- - - - - - *diri conſcia facti,*
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum (*f*).

Qui vehementiſſimi conſcientiæ angores, mœrores & terrores, cum non aliunde, quam ex metu iræ & pœnæ ſummi Legiſlatoris provenire poſſunt, & ira ac pœna transgreſſionem, transgreſſio vero præceptum ea actione violatum præſupponat, cum optimum ac juſtiſſimum Ens, ſine neglectu mandatorum ſuorum, iram in homines non con-

(*f*) *Juvenal. Satyr. 13. Lucan. lib. 7. bell. Civil. Senec. in Hippolyt. Plaut. in Milit. & in Muſtellar. Statii lib. 3. Thebaid. Ovid. lib. 1. de Pont.*

concipiat: Fundamentum Honeſtatis ſive Normam actionum moralium, in omnium hominum tabulis cordis eſſe ſcriptam, facile hinc perſpici poteſt. (g).

§. IV.

Præterea etiam θεόπνευστος iſte gentium Doctor Paulus, Fundamentum Honeſtatis, ſive Regulam Vitæ, a Supremo Numine, omnium gentilium mentibus, nulla Lege Civili adſtrictis, altiſſime eſſe impreſſam, ipſis qvid facere vel omittere debeant, perſpicue declarantem: eamqꝫ ob cauſam, illos ſcelera committentes, apud ſapientiſſimum καρδιογνώστην, ſive cordium Scrutatorem, DEUM T. O. M. ἀναπολογήτους, ſive inexcuſabiles eſſe, variis firmiſſimis argumentis in Epiſtola ſua ad Romanos Cap. 1. verſ. 18. 19. & 20. probat dicendo: Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων· Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφα-

C νέ-

(g) *Hodoſ. Chriſt. Jo. Conr. Dannh. Phæn. 6. p. 375. Doct. Joh. Gezel. Caſ. Conſc. quæ. proëm. p. 9.*

ἱέρωσε, - - ἀς τὸ εἶναι αὐτὰς ἀναπολογήτους (a). Oſtendens primo in citato verſu 18, per Articulum τῶν, qui non eſt διακριτικὸς ſed ἀποτελεσικὸς, iram DEI ſuper omnes revelatam iri, ob veritatem ab omnibus in injuſtitia detentam: cumqve notitia e Libro Naturæ acquiſita, non æque omnibus, ſed præcipue Philoſophis competat: utique aliam, æqualiter omnibus hominibus communem, & in propria ipſorum natura plantatam intelligit, qua dictante, omnes homines non ſolum Philoſophi & ſapientiores; ſed etiam barbari, rudiores, infantes & natura cæſi, qui ἐπικήτους principiis e Libro Naturæ notitiam DEI ſibi non acquirere potuerant, τὸ ἀληθὲς καὶ ἀγαθὸν, verum & bonum percipere poſſunt (b). Deinde idem

(a) *S. Paul. Epiſt. ad Rom. c. 1. v. 18. 19. & 20. vide Steph. Curcell. Nov. Teſt. p. m. 324. & Bibl. Sacr. Imp. Tremell. p. m. 880.* (b). *D. Balth. Meiſn. Diſſert. de Leg. lib. 3. qu. 1. B. Prof. And. Wanoch. Diſqu. Pract. part. gen. c. 3. §. 6. Kilian. Rudrauff. Inſtit. Moral. part. 2. c. 1. Georg. Mejor. Gnoſiol. part. gener. c. 3. ſect. 3.*

idem afflatu divino illuminatus gentium Præceptor dicit, Gentiles veritatem, vel veras notitias κατέχειν, detinere, ac quasi captivas, in carcere injustitiæ tenere: quoniam oppressis bonis naturæ stimulis, ipsos ad bonum, secundum rectum rationis dictamen, agendum excitantibus, malitiose in suis sceleribus, reclamante ipsorum conscientia, perseverant. Unde facile apparet, ipsum, non tantum intelligere nudam γνῶσιν, ex operibus creationis collectam, sed κοινὰς ἔννοιας ἐμφύτους, communes notitias innatas, quæ intrinsece in gentilibus & omnibus hominibus sunt & possidentur (c). Postea ostendit istas notitias esse φανερὰς ἐν αὐτοῖς, claras & manifestas in illis: ergo non tantum per discursum, progrediendo ab effectibus ad ipsam primam causam, in notitiam DEI provehuntur: sed notitia ista

(c). *Doct. Iohan. Conrad: Dannhawer. Colleg. Pfyc. Disp. 7. contr. 3. Beat. celeberr. noſtr. Doct. Theol. Jac. Flachſ. Colleg. Logic. de Philoſ. in gen. theſ. 2. Chriſt. Liebenth. Colleg. Ethic. Exerc. 3. qu. 5. Conr. Hornei Phil. Moral. l. 2. c. 2.*

ista in cordibus eorum intime infixa hæ-
ret: & hoc γνωσὸν versu 32. δικάιωμα Θεῦ,
regulam divinæ justitiæ in Lege patefa-
ctam appellando, asserens gentiles legem
Dei scriptam non habentes, hoc δικάιωμα
cognovisse, Regulam vitæ, ipsorum na-
turæ inscriptam ipsisque innatam esse,
perspicue declarat (*d*). Ultimo Apostо-
lus addit, notitiam DEI gentilibus eum
in finem esse inditam, ut sint ἀναπολόγη-
τοι, inexcusabiles: si enim nullas notitias
honestatis ac turpitudinis sibi innatas
haberent, ignorantiam agendorum ac
omittendorum, gentiles, & præcipue
barbari, ab omni aliorum moratiorum
hominum institutione ac consortio re-
moti, prætendere possent: cum non cer-
to ac manifeste quid ipsis faciendum
vel

(*d*) *Doct. Hieron. Kromayer. Theol. Positiv. Polemic. Artic. 2. thes. 4. Georg. Mejer. Pneumatic. part. special. lib. 1. cap. 1. præc. 1. &c. B. Meisner. Philos. Sobr. part. 1. sect. 4. cap. 10. quæst. 1. pag. m. 596 D. Christ. Matth. lib. 3. syst. Ethic. sect. 5. disq. 1. p. 121. B. Hunni. in cap. 1. Epist. ad Roman.*

vel fugiendum ſit, e rerum viſibilium adſpectu colligere queant (*e*): Unde certiſſime concludimus, notitias honeſtorum ac turpium mentibus gentilium omniumque aliorum hominum, a ſupremo Numine eſſe inſcriptas, ut in ultimo die παντοκρατικῷ, coram Tribunali juſtiſſimi judicis Chriſti producti, rationem omnium factorum, dictorum atq; cogitationum ſuarum reddituri, nullo ignorantiæ velo ſcelera ſua obtegere poſſint (*f*):

§. V.

(*e*). *Doct. Calov. Tom. 2. Syſt. Theol. cap. 1. quæſt. 1. pag. m. 78. &c. Johan. Sperling. Anthropolog. Phyſic. lib. 1. cap. 3. quæſt. 8. Philipp. Reinhard. Vitriar. Inſtitut. Jur. Nat. & Gent. cap. 1. Quæſt. 16. pag. m. 7. Valent. Albert. Compend. Jur. Natur. part. 1. cap. 1. §. 6.* (*f*) *Sam. Pufendorf. Opus de Jur. Natur. & Gent. lib. 1. cap. 3. & ejusdem Compend. Jurisprud. Univerſal. lib. 1. cap. 3. quæſt. 2. Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 4. §. 5. Balth. Meiſner. Diſſert. de leg. lib. 3. quæſt. 1.*

§. V.

Ulterius idem Gentium Apoſtolus, Fundamentum Honeſtatis a ſummo Architecto, Deo T. O. M. in propria gentilium natura eſſe jactum, ipſos naturæ & fini ſuo convenientem vitam agere jubens, probaturus; provocando ad ipſam animam illorum, exiſtentiam ejus a poſteriori, aliquot Achilleis argumentis, ex ipſo conſcientiæ eorum teſtimonio deſumtis, ad Romanos Capite 2. firmiſſime adſtruit; primum verſu 14 dicens: ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τῦ νόμυ ποιῶσι, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος (a). Unde notitias honeſtorum ac turpium, juſtorum ac injuſtorum, mentibus gentilium, omniumque hominum, hærere infixas facile liquet: primo, ex naturali Legis obſervatione: nam cum gentiles φύσει ea fecerint, quæ legis ſunt, utique prin-

(a). *Rom. cap. 2. v. 14. vid. Steph. Curcell. N. Teſtam. p. m. 326 & Bibl. Sacr. Imp. Tremell. p. m. 881. item Joh. Joachim. Zentgr. de Jur. Nat. Art. 1. §. 12. p. m. 15. Joh. Sperl. Anthrop. Phyſ. lib. 1. cap. 3. quæſt. 8. p. m. 186.*

principium φυσικὸν, & naturales Legis notitias habuerunt, & per naturæ ſtimulos ad ejus obſervationem ſunt excitati: quia naturalis obſervatio Legis, notitiam ac inſtinctum ejus naturalem præſupponit (*b*). Deinde a remotione ſcriptæ Legis, quia gentiles ſcripta Lege deſtituti, Legem habuiſſe dicuntur: quam cum nec per aliquam diſciplinam acceperant: quia ut feri barbari, omnem inſtitutionem reſpuerunt: nec per converſationem cum judæis, aliiſq; hominibus moratioribus: quia plurimi gentiles cum ipſis nullam habuerunt converſationem: nec denique per adſpectum rerum viſibilium ac creaturarum, quoniam etiam ſenſibus ab earum adſpectu cohibitis, ſtimulos honeſti & juſti in animis ſuis ſenſerunt: utiq; ipſa eorum natura, re-

(*b*). *D. Balthaſ. Meiſ. Diſſert. de legib. l. 3. quæſt. 1. p. m. 136. Doct. Joh. Conr. Dannhavv. Colleg. Pſych. Diſp. 7. contr. 3. Beat. Prof. And. Wanoch. Dsiquiſ. Pract. part. gener. c. 3. §. 6. Georg. Mejer. Gnoſtol. part. gener. c. 3. ſect. 3. Doct. Chriſt. Matth. Syſt. Ethic. l. 3. ſect. 5. diſq. 1. p. 121.*

regulã vitæ ipſis dictitante, atq; de bonis faciendis ac malis fugiendis eos admonente, Legem naturæ ſuæ impreſſam habuerunt; ideoq; ipſi ſibi Lex eſſe dicuntur (c). poſtea idem Apoſtolus in ſequenti verſu 15. dicendo, Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων (d). Fundamentum Honeſtatis in omnibus poſitum eſſe, ab inſcriptione Legis ſatis ſuperque declarat, afferens opus legis cordibus gentilium eſſe inſcriptum: quod autem inſcriptum eſt cordibus, id utique eſt connatum non ve-

(c). *Doct. Balthaſ. Meiſn. Philoſ. Sobr. Part. 1. ſect. 4. c. 10. quæſt. 1. p. m. 596. Doct. Calov. Syſt. Theol. Tom 2. c. 1. quæſt. 3. p. m. 78. &c. David. Mevii Prodrom. Jurispr. Inſpect. 1. §. 2. Matth. Weſenbec. Comment. in Pandect. Jur. Civil. Digeſtor. l. 1. tit. 1. p. 32. Joan. Schneidewin. Comment. in Inſtit. Juſtinian. l. 1. tit. 2. p. 18.* (d). *Paul. Epiſt. ad Roman. c. 2. v. 15. vide Joh. Leusd. N. Teſtam. p. 425. & Bibl. Jacr. Imp. Tremell. p. m. 881.*

vero acquiſitum (e): Denique Regulam Actionum Moralium, intime omnibus eſſe infixam, ab ipſo conſcientiæ teſtimonio, veluti palmario argumento, firmiſſime probat: duplex enim teſtimonium conſcientia hominis producit, primum de boni diſcretione, oſtendendo rectam hominis rationem, ipſi clariſſimum honeſtorum ac turpium diſcrimen proponere; ſecundum de ſtimulis in ipſo, ad honeſtum ſectandum, læpiſſime exortis, declarando ipſum a recta ratione, ad honeſtum ac juſtum amplectenda, inhoneſtum vero ac injuſtum fugienda, per innatos virtutis ſtimulos læpiſſime fuiſſe admonitum: ideoque ipſa præſtantes rectæ rationis præceptis obſequium, contra omnes infeſtiſſimos eorum inimicos & accuſatores, tutiſſime

(e) *Balthaſ. Meiſner. Diſſert. de Legib. lib. 3. quæſt. 1. p. 138. Prof. Wanoch. diſquiſit. Pract. part: gener. cap. 3. §. 6. Joh. Sperl. Anthrop. Phyſic. lib. 1. cap. 3. qvæſt. 8.*

defendit ſummaque lætitia afficit: negligentes vero ejus præcepta graviſſime accuſat & vehementiſſimo cruciatu affligit (*f*): & quamvis quidam pravi homines, quorum conſcientia eſt cauteriata, ſine ſupremi Numinis metu & conſcientiæ ſenſu, inſtar legis interioris, eos ad honeſtas actiones ſectandas inſtigantis ac obligantis, atque a deteſtandis eorum flagitiis revocantis, ob habitum vitiorum, crebro eorum exercitio acquiſitum, ex uno ſcelere in aliud ruant: tamen Norma actionum moralium, in ipſis non penitus deleta eſt: ſed conſcientia eorum quaſi delibuta narcoticis obrigeſcit ac ſtupet, ita ut dolore ac ſenſu mali non afficiantur, qui ob violata

(*f*) *Valentin. Albert. compend. Jur. Nat. part. 1. cap. 1. p. m. 23. & 24. Joh. Sperl. Anthrop. Phyſ. lib. 1. c. 3. quæſt. 7. D. Joh. Conr. Dannh. Θεοσοφ. Phænom. 4. p. m. 375. D. Friar. Balduin. Caſ. Conſc. lib. 1. C. 3. D. Balth. Meiſ. Diſſert. de Legib. lib. 3. q. 1. D. Joh. Adam Oſiandr. Obſerv. in Hug. Grot. Proleg. p. m. 36.*

ta rectæ rationis præcepta, in mentibus eorum exoriuntur: Nam licet actualis Fundamenti Honestatis scientia, sopita habitu vitiorum, in ipsis cesset: habitualis tamen nunquam in eis extinguitur (*g*).

§. VI.

Denique Normam Actionum Moralium, cordibus omnium hominum esse inditam, interni motus, sive tentationes sæpe rectam rationem oppugnantes & ad peccatum committendum invitantes facile quoq; declarant: quibus exortis recta ratio hominẽ tentatum internis admonitionibus ad rectum suum dictamen sequendum atque impetum affectuum ratione reprimendum perducere (Sed sæpe frustra, proh dolor!)

(*g*) *Joh. Joachim. Zentgrav. de Jur. Nat. Artic. 1. §. 17. Beat. D. Joh. Gezelii Casus Conscient. quæst. proëmial. pag. m. 10. & 11. Ephes. cap. 4. v. 18. & 19.*

conatur (*a*): quam ob rem quilibet cum Medea apud Ovidium merito queri poteſt, dicendo:

Mens aliud ſuadet, video meliora proboque,
Deteriora ſequor. (*b*).

Nam cum motus iſti interni, ab interno naturæ morbo, in ipſis protoplaſtis contracto, primum exorti, interdum ſubito, inſtar vibrati fulguris, hominem commovent & animo ejus in diverſas partes tracto, varias dubitationes in mente ipſius excitant; recta vero ratio ipſum officii ſui admonitum, cum tacito obligationis ſenſu, honeſtum & juſtum ſecundum rectum ſuum dictamen facere jubet: homo diu incertus ja-

(*a*) *Joh. Joachim. Zentgrav. de Jur. Nat. Art. 1. §. 15. Profeſſ. Andr. Wanoch. Diſquiſit. Practic. part. ſpec. Cap. 4. Quæſt. 8. §. 11. Kilian. Rudrauf. Inſtit. Moral. part. 2. C. 1. Quæſt. 4. & 5. Cap. 2. Quæſt. 3, & 4. Et cap. 4. Quæſt. 5. Conrad. Horneii Ethic. Lib. 2. Cap. 3. 4. 6. Joh. Sperl. Anthrop. Phyſic. Lib. 1. C. 4.* (*b*) *P. Ovid. Naſo. Metamorph. Lib. 7. v. 20.*

jactatur (c). Nam difficilis inter superiores & inferiores facultates exortis, ea rationali facultati nequeunt esse congrua, sed potius vetita, a quibus ipsa cum summa detestatione abhorret, & in quæ facultas sensitiva, quæ rationi rebellis est, cum maxima voluptate ac impetu abripitur: & hinc fit quod delinquentes, neglectis rectæ rationis præceptis, diros ictus & sævos dolores in mente sua sentiant (d). Unde facile apparet, Fundamentum Honestatis in cordibus nostris esse positum, a nobis requirens, ut vitam naturæ nostræ convenientem instituamus & honestatem ac justitiam, omnibus nostris cogitationibus, dictis ac factis sectemur; quod

(c) *D. Joh. Andr. Quenstedt. Theol. Didact. Pol. part. 2. Cap. 2. p. m. 59. & 60. D. Hiero. Kromay. Theolog. Posit. Polem. Artic. 8. thes. 1. p. m. 362. &c. Anton. Liter. Synops. Philos. Moral. lib. 2. Cap 1. & 2. Titelman. Lib. 12. de Ap. Sen. c. 16. & 17*

(d) *Joh. Joach. Zentgr. de Jur. Natur. Art. 2. §. 15. D. Joh. Adam. Osiandr. Observ. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. p. m. 36.*

quod autem rationali ac ſociali naturæ noſtræ repugnat, ſedulo fugiamus, ſemperque affectus noſtros rationis fræno coërceamus.

§. VII.

Fundamentum Honeſtatis omnium hominum mentibus firmiter eſſe infixum, ulterius ab Imagine DEI in homine colligi poteſt: conditus enim eſt homo ad ipſam DEI imaginem, quam omnes orthodoxi ab excellentiſſimo illo θεοπνεύστῳ doctore Apoſtolo Paulo informati ac edocti, non in ipſa anima aut ejus facultatibus: Sed in virtutibus facultatum & coñatis habitibus, videlicet in intellectus ſapientia, voluntatis bonitate, appetitus obedientia & omniũ viriũ perfectione ac ἁρμονία poſitã eſſe ſtatuunt(a): qvod

(a) *Gen. cap. 1. v. 26. & 27. Eph. cap. 4. v. 24. D. Bal. Meiſner. Differt. de Leg. lib. 3. quæſt. 1. p. 140. D. Joh. And. Quenſt. Theol. Did. Pole. part. 2. cap. 1. p. m. 3. 4. ſ. 6. 7. 8. &c. Hieronym. Krom. Theol. Poſitiv. Polem. Art. 7. Theſ. 1. p. m. 325. D. Abrab. Calov. Theol. Poſit. part. 2. Sect. 2. cap. 2. p. m. 261. &c. Erneſt. Com. Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 1. ſect. 1.*

quod exemplo peccati, poſt primorum noſtrorum parentum miſerrimum lapſum, in Imaginis DEI locum ſuccedentis, declarare ſolent: quod cum non nudam στέρησιν, vel ſolam peccandi δύναμιν; ſed ipſum pravum habitũ & habitualem quandam qualitatem, intime ac profundiſſime naturæ inhærentem, denotet (*b*): Ideo etiam Imago DEI non fuit mera στέρησις peccandi, vel ſola δύναμις bene agendi, Sed ἕξις cæterorũ habituum (*c*). Quam ob rem cum tota DEI imago in homine non mera δύναμις erat, ſed habituale ac connaturale donum, ergo quoque particula ejus, quæ adhuc in homine eſt reſidua, utique quædam habitualis ac connaturalis qualitas erit: quia qua-

(*b*) *D. Ioh. Frideric.* Königs *Theolog. Poſ. Acrom. part. 2. p. m. 81. D. Abr. Calov. Theol. Poſit. part. 2. ſect. 2. cap. 7 M. Frideric. Iuſti* Mengeweins *Theol. Thetic. Polem. part. 2. loc. 3. p. m. 169. D. Leonh. Hutter. Compend. Loc. Theol. lo. 8. p. 69. & 70.* (*c*) *Prof 69. Andr. Wanoch. Disqu. Practic. part. gener. cap. 3. §. 6.*

qualis tota Imago DEI in homine erat, talis eſt quoque particula ejus, quæ adhuc in homine eſt reſidua (*d*): ſecundum omnium autem orthodoxorum confeſſionem Κοιναὶ ἔννοιαι ſive notitiæ omnium hominum animis inhærentes, nihil aliud ſunt quam reliquiæ, rudera & particulæ imaginis DEI poſt deplorandum protoplaſtorum lapſum in homine relictæ (*e*): Reſiduas autem eſſe in homine poſt lapſum aliquas imaginis divinæ particulas, licet per primorum parentum noſtrorum peccatum valde afflictas, facile inde patet: quod homini, in rebus externis rationi ſubjectis, adhuc vires & facultates intellectus (licet valde debiles) ſunt relictæ. Ita-

(*d*) *D. Abrah. Calov. Theol. Poſit. part. 2. Sect. 2. p. m. 266. & part. 1. cap. 1. p. m. 48. & 49. Profeſſ. Andr. Wanoch. Disqu. Practic. part. gener. cap. 3. §. 6.* (*e*) *Joh. Andr. Quenſt. Syſtem. Theol. part. 1. cap. 1. p. m. 7. Johan. Joach. Zentgr. de Jur Natur. Artic. 5. §. 22.*

(*f*) Itaque posita imagine DEI in homine, necessariò Fundamentum Honestatis & regula vitæ per naturam omnibus hominibus indita ponuntur.

§. VIII.

Haud ignoramus, animi sui conceptus de Fundamento Honestatis literis consignantes, diversimode stylum suum flexisse, plurimosque contra nos in arenam descendere, atque quosdam eorum per indirectum latus nos petere, quosdam verò aperto Marte contra nos pugnare (*a*). Quidam enim docent, per rectam rationem pro prima moralitatis E nor-

(*f*) *D. Balthas. Meisner. Dissert. de Legib. lib. 3. Quæst. 1. p. m. 141. Heinr. Henniges Observ. in Hugo. Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 1. p. m. 89. & 90. Joh. Frid. Hornius de Subj. Jur. Natur. cap. 7. thes. 29.* (*a*) *Ricard: Cumberland. Disquis. Philosoph. de Leg. Natur. cap. 5. §. 1. p. m. 185. Hugo Grot. de Jur. Bell. & Pac. Lib. 1. cap. 1. §. 10. p. m. 4. Sam. Puf. de Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 3. Iohan. Eisenhart de Jur. Natur. cap. 2. §. 7.*

norma acceptam, ipſam naturam rationalem ſive ipſum intellectum, tantum quoad noſtrum modum concipiendi, ab ipſa Spiritus eſſentia differentem, eſſe intelligendum (*b*). Quidam, præcipue e veteribus Philoſophis, ut Plato Ariſtotelis Præceptor, aliique ejus Sententiæ aſſeclæ, notitias, omnium rerum ſtatim in ipſa creatione a DEO animabus hominum eſſe inſitas, atque animas in cælo ante unionem cum corporibus degentes, motum ſtellarum moderari, ipſas autem e cælo ad corpora induenda deſcendentes, torpore correptas, oblivione plerasque notitias ſibi ingenitas delere ſtatuerunt (*c*). Ariſtoteles autem diſcipulus ejus (qui Princeps Philoſophorum a ſuis cultoribus ſalutatur) aliique ejus ſententiam amplectentes, nullas notitias nobis eſſe ingenitas, ſed hominis animam codici eſſe ſimilem, cui a-

(*b*) *Ioh. Michaël. Langii Epitom. Jur. Natur. §. 5.*
(*c*) *Plato in Meno. Timæ. Philab. Phæd. &c. Cicer. Tuſcul. quæſt. lib. 1. Piccol. Civil. Phil. grad. 9. & grad. 5.*

actu nihil est inscriptum, omnia tamen inscribi possunt: ideoque notitias non actu nobiscum esse natas; sed nos saltem δύναμιν & facultatẽ, notitias beneficio sensuum acquirendi, habere, memoriæ prodiderant (*d*). Nos verò silentio primam allatam sententiã, quæ plurimos acutissimos Philosophos patronos habet, ne in odium alicujus incidamus, prætereundo, cernentes alteram ὑπερβολῇ atque excessu, tertiam vero ἐλλείψει & defectu a recto veritatis tramite aberrare, intellectum nostrum nec tabulæ rasæ, nec exaratæ plane esse similem; sed quarundam rerum notitias καθ' ἕξιν, omnium autem intelligibilium κατὰ δύναμιν, nobis innatas esse statuimus (*e*). Nam si nullas κοινὰς ἐν-

(*d*) *Aristoteles lib.* 2: *Analyt. post. cap.* 19. *& lib.* 3. *de Anim. cap.* 4. *Timpler. lib.* 3. *Metaph. cap.* 1. *quæst.* 9. *& Lib.* 4. *Metaph. c.* 2. *qu.* 2.

(*e*) *Profess. Wanoch. Disquisit. Practic. part. gen. cap.* 3 §. 6. *Georg. Mejer. Gnostolog. Part. Gen. c.* 3. *Sect.* 3. *p. m.* 121. *Balth. Meis. Phil. Sobr. Part.* 1. *Sect.* 4. *cap.* 10. *quæst.* 1. *p. m.* 596. *D. Cal. Syst. Theol. Tom.* 2. *cap.* 1. *Quæst.* 3. *p. m.* 78.

ἐννόιας ſive communes notitias nobis innatas haberemus, tunc nulla principia practica vel notitiæ honeſtorum & turpium nobis eſſent inſitæ, quibus ſublatis, nullum Jus Naturæ daretur, eoque deſtructo, juſtitia originalis cujus reliqua ſcintilla eſt Jus Naturæ, etiam deſtrueretur; qua denegata, quoque peccatum originis, quod juſtitiæ originalis privatio eſt, everteretur: ideoque ex uno abſurdo infinita emanarent (*f*). Ultimo, ſi nullum Fundamentum Honeſtatis in nobis eſſet poſitum, tunc non lumine naturæ, ſed δόξᾳ, ἔθει, νόμῳ, opinione, conſuetudine atque lege, juſtum & injuſtum, honeſtum & turpe, nobis innoteſcerent: quibus conceſſis, omnia quæ uſu ſunt recepta & legibus hominum præcepta, eſſent juſta & honeſta; quod tamen ex plurimis peſſimis conſuetudinibus & iniquiſſimis latis legibus falſum eſſe, apertiſſime patet. Hinc itaq; Fundamentum Honeſtatis, quid cum virtute vel vi-

(*f*) *Beat. Profeſſ. Andr. Wanoch. Disquis. Pract. par. gen. cap. 3. §. 6.*

vitio conjunctũ ſit, clariſſime nobis indigitans, & prius facere, poſterius fugere ſeveriſſime jubens, a ſupremo Numine omnium hominum mentibus intime eſſe infixum, facile concludimus.

§. IX.

Poſtquam Fundamentum Honeſtatis a ſupremo Numine D. T. O. M. in omnium hominum cordibus firmiſſime eſſe poſitum, variis argumentis & ratiociniis, non ſolum a priori, ſeu a cauſis e quibus oritur, ſed etiam a poſteriori, ſeu a manifeſtis inde prognatis effectibus deſumtis probavimus (*a*): ad ipſam eſſentiam ejus accuratius contemplandam propius accedentes: quoniam Ariſtotele teſte, ὁρισμὸς τῆς ἐσίας γνωρισμός, *definitio eſſentiæ cognitio eſt*, ut clarius conceptus animi noſtri de eo aperiamus, ipſam definituri, celeberrimos viros aciem ingenii ſui ad Fundamentum Honeſtatis, ſive notitias nobis innatas declarandas convertentes, in ipſis definiendis

(*a*) *Ricard. Cumberland. Diſquiſit. Philoſoph. de legib. Natur. prolegomen. §. 1.*

dis, pro diverſo modo eas conſiderandi, in diverſa ſententiarum divortia recedendo, tot tamque diverſas earum formare definitiones deprehendimus, ut quænam illarum exactiſſime ad ipſam veritatis normam quadret, perſpectu & judicatu ſit difficilimum (*b*). Nam Juris Naturæ Scriptores non ſolum morale, ſed etiam legale principiorum nobiscum natorum reſpicientes, quidam per Dictatum rectæ rationis (*c*): quidam per Dictamen rectæ rationis (*d*): quidam per Legem a DEO mortalium cordibus inſitam (*e*): quidam per Regulam homini in-

(*b*) *Valent. Albert. Comp. J. N. Prol. in 2. par. §. 14. Dav. Mevii Prodr. Juriſp. Diſp. 2. §. 14. Juſtinian. Inſt. de Jur. Nat. G. & C. §. 1. Phil. Reinh. Vitriar. Inſt. J. N. & G. c. 1. q. 11. Heinr. Hennig. Obſerv. in Hug. Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. Ioh. Frid. Horn. de ſubj. J. N. c. 1. th. 15. & 16. Ioh. Georg. Sim. Grot. Erot. L. 1. c. 1. q. 30. Becmann. in Polit. Paral. c. 2. §. 2.* (*c*) *Hug. Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. §. 10.* (*d*) *Sam. Pufend de J. N. & G. L. 2. c. 3.* (*e*) *Guil. Grot. de Princ. J. N. c. 1. §. 10. & 11.*

infixam (*f*): quidam aliter ea definiunt (*g*). Quidam tantum ad morale principiorum practicorum attendentes, ea per Ἀξιώματα innata discribunt(*h*): alii verò aliter eorum formant definitiones(*i*): Quod ad eos attinet,qui principia practica sive JusNaturæ(quæ in suis principiis ἐσία,sive ratione essentiæ conveniunt, licet σχέσει, sive ratione modi considerandi differant) per Dictatum rectæ rationis definiunt, in eorum haud facile possumus ire sententiam, cum ea non satis firmo veritatis fundamento inniti nobis videatur. Nam recta ratio non ipsam rectam ratiocinandi facultatem sive intellectū sed rectum judicandi actum, sive rectū naturale intellectus judiciū, ex natura notis principiis de naturalibus rebus depromtum,denotans,vel circa ipsa principia vel conclusiones inde deductas ver-

(*f*)*D.Joh.Adam.Osiand.Observ.in Hug.Grot.l. de J. B. & P. l. 1. c. 1.* (*g*) *Ric. Cumberl. Disq. Phil. de Leg.Nat.c.5, §.1. D.Balth.Meisn.Diss.de Leg.l.3.q.11.*(*h*)*Prof. And.Wanoch.Dis.Pract.par. gen.c.4.§.2.*(*i*) *Arist.l.1.Rhet.c.10.Cic.l.1.de Leg.*

verſatur: Sed neutro modo Principia nobiscū nata, recte rectæ rationis nomine exprimuntur; non poſteriori, nam ſic tantum concluſiones eſſent rectæ rationis objectum, cum tamen principia practica non nudas concluſiones, ſed ipſa prima principia conplectantur, ideoque non διάνοια & λογισμός, ſed νᾶς vel νοήσις atque σύγκρισις ipſis præbent originem (k): nec priori, nam etſi illud objectum, in cujus contemplatione rectus judicandi actus eſt occupatus, primaria principiorum practicorum præcepta contineat: tamen ab ipſo actu cognoſcendi, id quod cognoſcitur accurate eſt diſtinguendum: aliud enim eſt ipſum rectum judicium, & aliud eſt illud de quo rectum judicium fertur. Et quamvis principia practica non abſolute & abſtracte, quatenus ab ipſo DEO ſuam habent originem; ſed ſubjective & reſpective quatenus alte hominum animis inhærent accipiamus; tamen non inſtar actus, Sed habitus concipienda & conſideranda ve-

(k) *Ziegl. in Hug. Gr. de Jur. Bel. & Pac. l. 1. c. 1 §. 10.*

veniunt (*l*). Nam si principia practica essent actus intellectus, non essent firma & permanentia, sed transitoria & mutabilia, atque extra actum judicandi non existerent; sed cessante ipso judicandi actu & cogitationibus hominum alio aversis, ipsa quoq; cessarent, quod plane est absurdũ: ideoq; principia practica per Dictatum rectæ rationis non satis commode definiuntur (*m*). Nec nos ad eorum sententiam, qui notitias, innatas & jus naturæ per Dictamen rectæ rationis definiunt, facile adjungere possumus: nam Dictamen est actus rectæ rationis dictantis, quod cum non ipsa principia, sed saltem conclusiones inde deductas sub se comprehendat, principia nobiscum nata, non satis commode per illud, loco generis, in eorum definitione positum, definiuntur. Nam si recta ratio est actus intellectus circa ipsa principia occupari, dictamen ejus ut aliquod rectæ

(*l*) *Joh. Joach. Zentgr. de Jur. Nat. Art.* 3 §. 2. (*m*) *D. Joh. Adam. Ostand. Observ. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. 1. c. 1.*

rationis consequens & quidam actus, a prima operatione mentis proveniens, non circa ipsa principia, sed conclusiones ex ipsis deducendas versatur. Quamobrem, si principia practica essent Dictamen rectæ rationis, tunc recta ratio esset ipsum principium dictitans: sed recta ratio non sese antecedenter, sed consequenter habet ad principia nobiscum nata, ergo ea per Dictamen rectæ rationis non recte definiuntur (*n*). Præterea Dictamen rectæ rationis in se consideratum, quatenus est saltem dictamen, non obligat, sed saltem dictitat: cum tamen κοιναὶ ἔννοιαι ἔμφυτοι, ad justa & honesta facienda, injusta vero ac turpia fugienda, vi obligandi esse præditas, ex ipso conscientiæ testimonio facile perspici potest (*o*). Tandem Dictamen rectæ rationis, potius inter effe-

(*n*) *D. Joh. Adam. Osiandr. Observ. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. I. c. 1. th. 10.* (*o*) *Sam. Rachel. Prolog. in Cicer. lib. de Offic. §. 31. Johan. Joach. Zentgr. de Jur. Natur. Art. 5. §. 2. & 3.*

fectus principiorum nobiscum natorum, eſt referendum: nam cauſa quare intellectus hominis cum ſumma promtitudine, quid honeſtum vel turpe ſit, dictitat, eſt ipſa evidentia principiorum practicorum eorumque notitia, quæ menti hominis per modum habitus hæret infixa: ideo Dictamen rectæ rationis e principiis nobiscum natis, velut e fonte & principio ſuo oritur. Nec Dictamen & Dictatum rectæ rationis, paſſive, pro illo quod dictatur accepta, eſſentiam principiorum practicorum latiori notione, ſatis ſufficienter exprimere videntur: nam ſi omnia quæ recta ratio dictitat per dictamen definienda eſſent, omnia quæ in tota rerum natura inveniuntur per dictamen definirentur, quod nemo ſanæ mentis ſtatuere poteſt: Quamobrem principia practica & jus naturæ, non ſatis commode per Dictamen rectæ rationis (quod tamen ſalva eorum dignitate dicimus, qui hanc fovent opinionem) nobis definiri videntur (*p*).

(*p*) *Felden. Annot. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 1.* Sed

Sed ne judicium ferendo de aliorum doctiſſimorum virorum ſententiis, in earum Auctorum ac Patronorum invidiam incidamus, nos iis relictis, potius in eorum ſententiam, qui principia nobiscum nata, per regulam definiunt, tranſimus, cumque per Fundamentum Honeſtatis, κοινὰς ἐννοίας ἐμφύτους, communes notitias innatas, poſt deplorandum protoplaſtorum lapſum in hominibus relictas, ipſis clarum diſcrimen honeſtorum ac turpium, juſtorum ac injuſtorum, bonorum ac malorum proponentes, atque honeſtum, juſtum ac bonum facienda, turpe vero, injuſtum ac malum fugienda eſſe, ſedulo ipſis inculcantes, intelligimus, id per *Regulam a DEO omnium hominum mentibus intime infixam, quid honeſtum vel turpe ſit diſcernentem, & illud jubentem, hoc vetantem* haud incommode deſcribi poſſe exiſtimamus (*q*).

§. X.

(*q*) *D. Joh. Adam. Oſiand Obſerv. in Hug. Grot. lib. de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 1. Joan. Scheffer. Argent. Sciagraph. Jur Natur. par. Gen. c. 4. §. 1.*

§. X.

Siquidem Summum omnium rerum Conditorem ſe non in nobis ἀμάρτυρον reliquiſſe; ſed Fundamentum Honeſtatis tabulis cordis noſtri inſcripſiſſe, quid faciendum vel omittendum nobis ſit, dictitans, diximus (*a*) Ulterius expoſituri qua ratione Fundamentum Honeſtatis intellectui noſtro inſit, cum non tantum objective, quatenus ut objectum ab intellectu cognoſcitur: verum etiam ſubjective, ſit in intellectu: atque ſubjective ab aliis ut habitus permanens, ab aliis vero ut actus tranſiens, judicium & cognitio, intellectui ineſſe ſtatuatur; (*b*) ad eorum ſententiam, qui ut actus, judicium & actuale dictamen, Fundamentum Honeſtatis noſtro ineſſe intellectui dicunt, nos non acceſſuros, antea declaravimus, cum actus ſit motus tranſiens; Fundamentum autem Honeſta-

(*a*) *Joh. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 5. §. 1.* (*b*) *Balth. Meiln. Diſſert. de Leg. lib. 3. qu. 3. Gregor. de Val. tom. 2. Diſput. 7 qu. 4.*

ſtatis, ſemper naturæ noſtræ ſit infixum (c). Nam quoniam homines nunquam habituali conſcientia ſunt deſtituti, licet actualis non ſemper manifeſtas in ipſis exerceat operationes; itaque nunquam Fundamento Honeſtatis carent, quod eſt lumen conſcientiæ, cujus beneficio, quid ipſis faciendum, vel omittendum ſit, facile perſpicere poſſunt. Nec cognitio & judicium, quorum beneficio ſecundum inſitum lumen practicum, quid nos facere vel omittere deceat, cognoſcimus atque diſcernimus, ipſum Fundamentum Honeſtatis recte dicuntur; cum ipſum Fundamentum Honeſtatis ejusque cognitio ac judicium, multis paraſangis inter ſeſe diſtent. Nam aliud eſt ipſum Fundamentum Honeſtatis, quod eſt habitus intellectui ſuperadditus: & aliud ipſius uſus, qui in ratiocinatione, judicio aliisque actibus intellectus, circa hunc habitum occu-

(c) *Doct. Balthaſ. Meiſner. Diſſert. de Leg. lib. 3. quæſt. 3.*

cupatis consistit (*d*). Nec animæ nostræ vis intellectiva, vel facultas judicatrix Fundamentum Honestatis constituere potest, cum hujus effectus sit, ut homines obliget, transgressores accuset, atque convictos mali perpetrati damnet: quæ obligatio cum metu & minis pœnæ conjuncta, a pura facultate, cujus officium tantum in investigando, dijudicando ac cognoscendo consistit, minime proficisci potest. Nec ipsa natura humana, quatenus rationalis est, ipsum Fundamentum Honestatis constituit: Nam licet, quia animalia rationalia sumus, vitam naturæ nostræ convenientem instituere, atque ex ratione ac secundum rationem, nos agere deceat, tamen sola natura nostra, vim obligandi nos non habet: nam rationalis nostra natura saltem realiter malas actiones, quia moraliter naturæ rationali sunt impossibiles, non verò le-

ga-

(*d*) *Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 5. §. 2.*

galiter prohibet, (e). Et quamvis Ciceróne teſte; *Non ſit quisquam gentis ullius, qui ducem naturam nactus, ad virtutem pervenire non poſſit*, (f); tamen humana natura, non eſt ipſum Fundamentum Honeſtatis; ſed id in hominis natura ab ipſo DEO eſt poſitum. Nec natura noſtra ſocialis ipſum Honeſtatis Fundamentum abſolvit: nam licet cuſtodia ſocietatis humano intellectui ſit conveniens; tamen ea rationem Honeſtatis Fundamenti non obtinet, cum hæc ab imperio ſuam habeat originem, quod proprie ſocietati non eſt attribuendum, cum homini nihil legaliter præcipiat, & proprie ſub imperio injungat: licet ſtimulos honeſtæ vitæ ipſi ſubdat, ipſumque ad certas actiones dirigat. Multo minus cum Hobbeſio, Fundamentum Honeſtatis ab exorbitante impetu corruptæ humanæ naturæ, & naturali ferocia hominum, accer-

(e) *Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Nat. Artic. 5. §. 4.* (f) *Cicer. lib. 1. de Leg. pag. m. 162.*

cerſendũ eſſe putamus: nam cum homo ſemper rationale animal permanet, & licet variis motibus huc & illuc rapiatur, tamen in tales belluinos motus imperium obtinet, eosque cohibere poteſt, ſemperque in ſtatu naturali manet, rationalis non vero irrationalis ſtatus ipſi attribuendus eſt (*g*). Nec motus hominum interni, vel inſtinctus ac propenſiones naturales, Honeſtatis Fundamenti rationem habere poſſunt: nam motus iſti interni, qui πρῶτα καθ' φύσιν, ſive prima naturæ a Stoicis appellari ſolent, ſecundũ appetitum ſenſitivum hominib⁹ competunt, atq; in eos cadunt, quoniam animantia ſunt; quam ob rem illi nec pro Fundamento Honeſtatis habendi, nec ea, quæ ad id pertinent, ſecundũ eos examinanda ſunt: præcipue cum maxime in actiones virtuti contrariantes, ſint propenſi: quamobrẽ inter eos & rectam rationẽ ſæpe acerrima pugna exoriri ſolet. (*b*)

(*g*) *Hobb. de Civ. cap. 1. p. 8. Lev. cap. 13.*
(*b*) *Bœcl. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 1.*

Nec iſti hominum propenſiones naturales, nomine Honeſtatis Fundamenti venire debent, cum nullam per ſe obligationem inducant; ſine qua illud firmiter nequit ſtabiliri. Denique, nec voluntas humana, vel ejus motus, vel appetitus, loco Honeſtatis Fundamenti poni poteſt, cum ea ſit cæca potentia, quæ nec bonum nec malum intelligit, ſed ipſa maxime opus habet regula, ut ordinate velit (*i*).

§. XI.

Itaque cum Fundamentum Honeſtatis non in ipſa natura hominis rationali, nec in ſociali, nec in ipſo intellectu, nec in ejus vi ac facultate dijudicativa, nec in aliquo ejus actu, videlicet vel judicio, vel dictamine rationis dictante, vel dictato, nec in voluntate, nec in motibus vel inſtinctibus naturalibus, qui in nobis orti ſeſe produnt, conſiſtere poſſit: utique eſt aliquid hiſce ſuperadditum; quod

(*i*) *Joh. Joach. Zentgrav. de Jur. Nat. Artic.* 5. §. 15.

quod omnibus hominibus moralem rectitudinem, cum tam efficaci obligatione præscribit. Quod cum nec sit substantia, nec actio ex accidentibus; sed qualitas, eaque nec potentionalis, necesse est ut sit aliquid habituale: & cum â primo vitæ nostræ exordio, usque ad extremum vitæ halitum, huic Honestatis Fundamento per naturam obnoxii simus, quoq; aliquid nobis σύμφυτον, congenitum & connaturale esse oporteat. Quod vir iste acumine ingenii & doctrinâ celeberrimus Johan. Joachim. Zentgravius etiam nobiscum testatur dicendo; *Lex hominis interior (sive Fundamentum Honestatis) est habituale quid, congenitum, ipsique intellectui tanquam lumen recti & semen boni super additum, & intellectui ipsius animæ tanquam tabulæ inscriptum* (a). Nam sane, quod vi præcipiendi est instructum, quod omnes homines ad

(a) *Joh. Joach. Zentgrav. de Orig. verit. & Immut. Jur. Natur. Artic. 5. §. 19. pag. m. 142.*

ad vitam ſuam ſecundum dictamina rectæ rationis inſtituendam inſtigat, inſtigatos impellit, impulſos obligat, ac obligatis imperat: quod æque infantibus in ipſo nativitatis momento, ac adultis perpetuo, per totum vitæ eorum curriculum ineſt: quo nec Barbari, interdum ob pravam educationem ac conſuetudinem, male ratiocinantes deſtituuntur: quod ſuis violatoribus ac transgreſſoribus diras minas ac pœnas annuntiat: quod non tantum ſeſe naturaliter, poſito objecto, exerit; ſed etiam ingratiis intellectui ratiocinanti ac cognoſcenti objicitur: id utique eſt aliquid ab intellectu & ejus actu diverſum, atque à ſuperiori principio mentibus hominum impreſſum(*b*). Quod etiam θεόπνευστος ille Gentium Doctor Paulus ad Romanos ſcribens, ſatis declarat (ut antea etiam demonſtravimus) dicendo: ἔχων τὸ νόμε γεγραπτὸν ἐν ταῖς καρ-

(*b*) *Prof. Andr. Wanoch. Diſquiſit. Pract. Part. Gen. cap. 3. §. 6.*

καρδίαις (c). Unde facile colligi poteſt, aliud eſſe ipſam tabulam, ſcilicet intellectualem hominis animam, in qua opus legis, ſive Fundamentum Honeſtatis ſcriptum eſt, & aliud eſſe ipſam ſcripturam, ſcilicet Jus Naturæ, ſive Fundamentum Honeſtatis, in eadem tabula digito DEI exaratum, quo ſupremus rerum Arbiter creaturam ſuam rationalem, & in actionibus ſuis liberam obligat, ne a recto virtutis tramite exorbitet, & in vitiorum ſalebras incidat. Hinc igitur Fundamentum honeſtatis eſſe aliquid humano intellectui ſuperadditum, quod in ipſo congenitum lumen veri & ſemen boni exiſtens, perſpicuum honeſtorum ac turpium diſcrimen repræſentat, concludimus (d).

§. XII.

Sed quoniam nulla præcepta, licet utiliſſima ſint, vim & efficaciam ſuam in

(c) *S. Apoſt. Paul. Epiſtol. ad Roman. cap. 2. v. 14.* (d) *Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 5. §. 22.*

in illorum animis, quibus lata ſunt, niſi ipſis ad quos ſpectant, promulgata atq; per promulgationem fuerint cognita, exerere poſſunt: itaque ſapientiſſimus Fundamenti Honeſtatis Auctor, DEUS T. O. M. Fons omnis ſapientiæ ac bonitatis inexhauſtus, qui normam actionum moralium naturæ noſtræ indidit, ſicut Legislator prudentiſſimus, perſpicue eandem, per ipſam naturam noſtram toti generi humano promulgavit (*a*): primum, cum ſtatim in ipſa primi hominis creatione Fundamentum Honeſtatis primis noſtris parentibus velut ipſi radici univerſi generis humani inſeruit, ut intellectui hominis objectum & ab ipſo cognitum, ſemper eum officii ſui erga ipſum ſummum ſuum Architectorem, proximum ſuum ac ſe ipſum admoneret (*b*). Qvod Deinde per traducem ad omnes eorum poſteros propagatum, adhuc ho-

(*a*) *Heinric. Hennig. Obſerv. in Hug. Grot. Lib. de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 1.* (*b*) *Ziegler. in Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. p. m. 58. 59. 60.*

hodie ſingulis hominibus connaſcitur, ideoque etiam ipſis infantibus recens natis ineſt: qui etiam ab ipſa nativitate hanc regulam actionum moralium â ſupremo Legislatore ſibi habent præſcriptam, ſuo tempore ab ipſis obſervandam, cujus actuali cognitione, licet in prima ſua infantia ſint deſtituti, tamen habituali ejus notitia gaudent, quæ accreſcente ætate, per rationis uſum & conſcientiæ dictamen, ſeſe in ipſis exerit ac perfecta redditur (*c*). Nam ſummus omnium rerum Conditor ac Moderator, homines ſecundum ſuam ſapientiam, ſanctitatem & juſtitiam gubernaturus, ad voluntatem ſuam ipſis manifeſtandam, illis conſcientiam, eis divinam ſuam voluntatem inſinuantem, & claram ac diſtinctam honeſtorum ac turpium notitiam indidit: quæ notitia ipſis impreſſa, perſpicuo honeſtorum ac turpium diſcrimine mentibus eorum pro-

(*c*) *Profeſſ. Andr. Wanoch. Diſquiſit. Practic. Part. Gen. cap. 3. §. 6. D. Balth. Meiſn. Diſſert de. Legib. lib. 3. quæſt. 1.*

propoſito, bonum obſervatores ejus conſecuturum, & malum ipſi contraeuntes manſurum, perſpicue ipſis dat in conſpectum. Nam Fundamenti Honeſtatis vis eſt vel directiva, â qua notitia diſcriminis inter honeſta ac turpia, ea facienda, hæc vero omittenda eſſe dictitans: vel coactiva, a qua notitia pœnæ, cui transgreſſores ejus ſunt obnoxii, & interna a ſceleribus cum minis conjuncta revocatio, oriuntur. Quamobrem ipſe Gentium Doctor Paulus de gentilibus teſtatur, quod ὅιτινες τὸ δικάιωμα τῦ Θεῦ ἐπίγνοντες (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα ſc. ἀδικήματα) πράσσοντες ἄξιοι θανάτυ εἰσί (d). Utraque ejus vis per actualem συντήρησιν hominibus innoteſcit, quæ ipſis regula eſt, ſecundum quam ſuas dirigent actiones. Nam ſicut ſupremum Numen agentia ratione diſtituta naturali inſtinctu, ita agentia rationalia habituali συντήρησι, lumine veri ac ſemine practici boni, cum primæ, tum ſecundæ Decalogi tabulæ ornavit, ut homines normam

(d) *S. Paul. Epiſt. ad Rom. c. 1. v. 32.*

mam actionum ſuarum moralium, ſecundum quam vita eorum eſſet inſtituenda, mentibus ſuis inſcriptam ac firmiter infixam haberent: cujus beneficio ipſis, quid DEUS ab eis per naturam vellet fieri, perfectè innoteſceret. Fit autem hæc habitualis συντήρησις, actualis, cum intellectus per rationis uſum id apprehendit atque cognoſcit, quod in ipſo exiſtens vim atque efficaciam legis obtinet (e). Hic verò diligenter obſervandum eſt, aliud eſſe ipſum intellectum, qui licet non ſecundum Platonis opinionem ſit tabula plane raſa; tamen eſt tabula cui fundamentum Honeſtatis à ſupremo Legislatore eſt inſcriptum: aliud ipſũ honeſtatis Fundamentum, quod quamvis ipſis mentibus noſtris ſit inſitum; tamen intellectũ practice cognoſcentis eſt objectũ, circa quod ille eſt occupatũ, quo illis morum principiis cognitis, concluſiones & regulas de bono & malo ex illis eliciat & deducat: de quibus ſicut ſcientia in

H men-

(e) *Joh. Joachim Zentgrav. de Origin. Verit. & immutab. Iur. Natur. Artic. 6. §. 9.*

mente eſt concepta, ita etiam eſt reflexio hujus ſcientiæ, ſive conſcientia. Ideo quoniam homines lumine naturæ ſunt præditi, conſcientia carere nequeunt: nam quia σύνεσις ſive perſpicacia naturaliter eſt in hominum intellectu, cujus, Ariſtotele teſte, eſt κρίνειν περὶ ζήτων περὶ ὧν ἡ φρόνησις ἐστιν, hoc eſt, judicare de illis, de quibus eſt prudentia (*f*). utiq; intellectus, regula ſecundum quam omnes actiones morales ſunt inſtituendæ, cognita, eam ad ſuos actus, quos etiã ſibi habet cognitos applicat, indeque quid homini faciendum vel omittendum ſit, ipſumque hac vitæ regulâ neglectâ, graviſſimo ſupplicio merito affectum iri perſpicit, certoque concludit (*g*). Itaque conſcientia actuoſa ſuum lumen quod intellectui infixum hæret, ad συνήθησιν ſpectans, ad particulares actiones morales applicat, indeque Fundamentum Honeſtatis hominibus innoteſcit, quod denique per rationis diſcurſum, ſingu-

(*f*) *Ariſtotel. lib. 6. Ethic. cap. 10.* (*g*) *D. Balt. Meiſner. Diſſert. de legib. 3. quæſt. 1.*

gularia universalibus connectendo perficitur. Hoc Plutarchus intuens, dicit: τῆς ὑπάρξεως τῶν πραγμάτων ἔχει καὶ τὰ θήρια γνῶσιν ἀκολύτως δὲ θεωρίαν καὶ κρίσιν ἀνθρώπῳ μόνον παρέδωκεν ἡ Φύσις, *hoc est Bruta, rerum substantiæ habent cognitionem: considerationem autem & judicium consequentiæ, soli homini natura dedit* (*h*). Nam soli homines notionem antecedentis, consequentis, horum significationis, connexionis mutui respectus atque discriminis, ex qua principium demonstrationis petitur, percipiunt. Nam rationis usus intelligibilium omnium apprehensionem, cum singularium, tum universalium, cum ab extra per sensus intellectui objectorum, tum passivo intellectu, congenitorum infert, quæ cum naturaliter hominibus competat, ipsi non aliter res, & bonitatem ac malitiam illarum, quam imagines earum objectæ sunt intellectui, apprehendere possunt (*i*). Judicium verò quod hanc sequi-

(*h*) *Plutarch. Tom. 2. f. 386.* (*i*) *Joh. Joach. Zentgrav. de Iur. Natur. Art. 6. §. 10.*

quitur, eſt tale, qualis fuerat apprehenſio: nam ſi moralis bonitatis ac malitiæ rtiones, beneficio apprehenſionis, bene, clare ac diſtincte cognitæ fuerint, intellectus illa inter ſeſe felici cum ſucceſſu conferre, & quomodo actiones morales ſint inſtituendæ, facile judicare poteſt. In diſcurſu autem primarius uſus rationis conſiſtit, qui deſcendendo ad ſingularia, illa ad univerſalia per ſubſumtionem applicans, plurimas inde format concluſiones: quamobrem homo, *animal plenum rationis & conſilii*, â Cicerone parente eloquentiæ merito appellatur (*k*).

§. XIII.

Fundamentum Honeſtatis ulterius expoſituris, cum de naturali honeſtorum ac turpium diſcrimine acerrimi diſcurſus cum ſummo animorum motu, a doctis viris inſtitui ſoleat: in quo illud fundetur explicare, operæ pretium eſſe videtur (*a*) Nam complures in

(*k*) *Marc. Tull. Cicer. l. 1. de Leg.* (*a*) *Joh. Michael. Langii Epitom. Jur. Nat. §. 10.*

intrinſecam omnium rerum moralitatem negantes, nihil in ſe eſſe honeſtum vel turpe, ſed omnes hominum actiones natura ſua citra reſpectum ad divinam voluntatem eſſe indifferentes: & omne honeſtorum ac turpium diſcrimen in opinione hominum ac legibus populorum fundari; Ideoque regalas honeſti ac turpis, juſti ac injuſti, boni & mali, ſaltem eſſe leges civiles, eaque quæ a Legiſlatore præcipiuntur, pro bonis, quæ vero ab ipſo vetantur, pro malis eſſe habenda, omniumque actuum moralitatem, ex ſola DEI voluntate, atque ejus arbitrio derivandam eſſe ſtatuerant (*b*). Nos vero perſvaſum nobis habentes, hanc eorum aſſertionem non ſatis firmo veritatis fundamento inniti, ſalvo eorum judicio, ab eis divortium facientes, in ſententiam plane illis oppoſitam recedendo, una cum plurimis exellentiſſimis Moraliſtis, hanc rem ad exactiorem mentis trutinam appen-

(*b*) *Vide Fernand. Vaſqui. Samuel. Rhetorfort. Hobbes. &c.*

pendentibus, ea quæ naturaliter & ſtricte ſunt honeſta vel turpia, cum in ſe antecedenter ad beneplacitum divinum, atque ejus impoſitionem, tum antecedenter ad civile imperium, intrinſece in ſe honeſta vel turpia eſſe ſtatuimus (c). Et quamvis in ordine cauſalitatis & ratione exiſtendi, nihil antecedenter ad DEUM, a nobis concipi poſſit vel debeat; tamen cum aliquid intellectus divini objectum eſſe poſſit, quem ut principium dirigens, ante voluntatem divinam, quam ut imperans atque exſequens principium concipimus, non videtur eſſe dubium, quin idem ut divini intellectus objectum, etiam antecedenter ad voluntatem divinam concipi poſſit. Nam quoniam homines per eſſentiam ſuam ſunt agentia intellectualia, ideoque moraliter per naturam ſuam agere poſſunt: itaque ſicut eorum eſſe naturale antecedenter ad voluntatem divinam recte concipitur, ita etiam ipſo-

(c) *Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Natur. Artic. 1. §. 5.*

ipſorum eſſe morale, quod per naturam ab ipſis eſt inſeparabile, recte eandem antecedere dicitur, atque ſtatuitur. Itaque ſicut homo, ſalva omni ſupremi Numinis ſumma perfectione, citra operationem voluntatis Divinæ, eſt animal rationale, ſic etiam eadem ſalva & illæſa, furtum, adulterium, cædes, blasphemia in DEUM, & cætera ejusmodi peccata, præciſa DEI voluntate ac judicio, ſunt turpia: quamobrem ſapientiſſimus intellectus Divinus, perfectiſſime omnia, per infinitam ſuam perfectionem, dijudicans hominibus, qui per naturam ſuam ſunt agentia moralia, ea qvæ præciſo intellectu Divino, ipſis inſeparabiliter ſunt convenientia, lata lege, præcipere congruum judicavit (*d*).

§. XIV.

Sed cum naturale honeſtum & turpe, atq; bonum & malum, moralitatis ſpecies ſint, ſummaque inter Moraliſtas de for-

(*d*) *Joh. Joach. Zentgr. de Orig. Verit. & Immut. Jur. Nat. Art. 8. §. 5.*

formali Moralitatis ſit controverſia, quænam ſit origo & ratio moralitatis in humanis actionibus, hic loci nobis exponendum eſſe videtur. Scholaſtici res dupliciter, vel in genere naturæ, ſecundum ſuam naturam & entitatem Phyſicam, vel in genere moris, quatenus valorem ad laudem vel vituperium æſtimabilem habeat, conſiderantes, actionum humanarum libertatem, eſſe rationem formalem τῦ eſſe moralis, contendunt; verum cum actus poſita libertate demum moralis fieri poteſt, ea non eſt moralitatis ratio formalis, ſed potius fundamentum & ratio, ob quam talis valor rei inſit (a). Quidam eſſe morale, formaliter in rationis regulabilitate conſiſtere, & eſſe relationem rationis ad legem, contendunt, quæ illorum aſſertio, ſi firmo veritatis talo ſtaret, τὸ Morale eſſet ens rationis atque ens fictum: quod tamen à nemine ſane mentis ſtatui poteſt; cum reales & veras differen-

(a) *Johan. Joachim. Zentgrav. de Jur. Nat. Artic. 8. §. 7.*

rentias habeat, quib⁹ additum, reales ſpecies conſtituit (*b*). Atque præterea valor, morale eſſe conſtituens, antecedenter ad intellectus actum, rei ineſt; nam nemine cogitante, DEUS E. g. eſt objectum, circa quod & bene & male agere poſſumus: unde facile colligi poteſt, quod licet, τὸ Morale, quod alicui actui, vel objecto ineſt, ab intellectu apprehenſum ac cognitum fiat, non propterea eſſe nudum ens rationis & fictum, cum excepto eo, quod actu ab intellectu cognoſcitur, etiam nemine cogitante, adhuc eſſe ſuum habeat; nam non per nudam mentis operationem, ſed revera homines boni & mali appellantur: ideoque bonitas vel malitia, revera ſine omni mentis operatione actui ineſt: & quamvis τὸ Morale Eſſe, realitatem Phyſicam non habeat, nec ſit rei aliquod Phyſicum accidens; tamen quatenus veras & reales differentias & affectionem, videlicet bonitatem & imputativitatem

I ha-

(*b*) *Joh. Joach. Zentgr. de Orig. Verit. & Immut. Jur. Nat. Art. 8. §. 7.*

habet, utiq; aliquod positivum & reale est. Quidam τὸ esse moralis, formalem rationem in respectu ac ordine, ad regulam morum, sive legem, ponunt: sed hoc potius ad moralitatis efficiens, quam ad ejus formale pertinet (c). Quidam formale Moralitatis in Imputativitate, qua actionis effectus agenti voluntati imputari potest, consistere asserunt. Sed hæc imputativitas, potius τὸ morale ut ejus affectio consequitur, quam id ut formale ejus constituat. Nam nisi quidam valor ad laudem vel vituperium æstimabilis, in actu, vel objecto recidat, imputativitas non datur, cum alias non sit aliquid quod imputari potest: sed hoc existente, ac præterea libertate agentis, sive παρρέσιᾳ data, jure actio agenti imputatur. Quamobrem nos una cum Excellentissimis Moralistis τὸ morale in debita sua latitudine, secundum esse suum formale in quodam valore, quo pro ratione objecti ac moralis

(c) *Philipp. a S. S. Trinit. in Thom. 1. 2. Disp. 18. d. 3. Concl. p. m. 352.*

lis agentis, aliquid valet ad certum effectum ponendum, consistere statuimus: quo tali existente, qualis ex debita morali ratione esse debet, bonus, si vero non est talis, malus esse censetur. Nam talis valor omni ei inest, quod Moralis nomine venit, cujus beneficio valet, vel potest æstimari valere, ad certum effectum, qui vel imperari, vel vetari, vel dignus laude vel vituperio censeri potest. sic ut aliquid illo posito, morale sit, eo autem sublato morale esse desinat (*d*). Qui valor non solum quatenus in actu est; sed etiam quatenus ex objecti parte sese tenet, rationem atqve προαίρεσιν agentis, tanquam fundamentum respicit. Hic autem valor secundum quem Τὸ esse Morale æstimatur primo ipsi agenti, in se, sine respectu legis considerato, inest: Nam remota etiam lege, quis agat, quo in statu agens vivat, & utrum actus ex habitu, an vero ex dispositione, an ex deliberato animo, an vero ex affectuum vehementia, an ex ignorantia

(*d*) *Joh. Joach. Zentgr. de Jur. Nat. Art. 8. §. 13.*

gnorantia proficiſcatur, multum refert, nam ſecundum mentem Ariſtotelis, ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος καὶ συγγνώμη, ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν ἀκουσίως πράττει, h. e. *in his enim miſericordia & venia locum habent: nam qui harum rerum aliquam ignorat, invitus agit* (e). Nam quanto minor libertas in actionibus, tanto minor moralitas, vel valor æſtimabilis ad certum effectum in vita humana & ſociali ponendum. Secundo hic valor in actu reſidens, quoq; in objecto, vel re, quam agens actione ſua attingit, fundatur. Nam quemadmodum actus bonitas vel malitia moralis, ab objecto dependet, ſic etiam ipſius eſſe morale. Tertio hic valor morale conſtituens, Fini ineſt; Nam cum omnis actus ſuſceptus ex deliberata ratione, ad finem ſit ordinatus, ab illo eandem qualitatem accipit quam ipſe finis habet: Nam ſicut hic eſt honeſtus vel turpis, ita etiam valorem ſuum habet, quo actus ſub ea ratione talem finem intendens, afficitur, per eam unionem,

(e) *Ariſt. Stratag. lib. 3. Ethicor. cap. 1.*

onem, quæ inter actum atque finem intercedit: cum agens sic propter finem operatur. Nam nisi etiam finis tanquam formale principium, actum moralem redderet, actiones finibus non distinguerentur. Quarto etiam hic valor moralitatis, in reliquis περιστάσεις & circumstantiis fundatur: quæ sunt vel Physicæ, quatenus actus Physicè, vel morales, quatenus actus moraliter consideratur: illæ delictum nec imminuentes nec aggravantes nullum valorem moralem in se continent: hæ vero actum moralem variè mutantes, secundum diversam suam conditionem majorem vel minorem valorem in se continent. Hæ autem circumstantiæ, vel ad honestatem, vel turpitudinem simpliciter necessariæ, vel tantum ad majus vel minus, sive ad quantum faciunt. quarum illæ essentiales, hæ vero accidentales solent appellari (*f*). Positis autem hisce omnibus circumstantiis, ad bene agendum necessariis, ho-

(*f*) *Joh. Joachim. Zentgrav. de Orig. Verit. & immut. Jur. Natur. Artic. 8. §. 19.*

Honeſtas inde oritur. Faxit autem DEUS T. O. M. qui Fundamentum Honeſtatis omnium Agentium Rationalium ac Socialium animis indiderat, ut ipſum ſecundum dictamina rectæ rationis, modo naturæ noſtræ rationali ac ſociali congruo, ſemper ſummo ſtudio quæramus: quæſitum, ab ipſis cunis, usque ad extremum vitæ noſtræ halitum, per totum vitæ noſtræ curriculum, ſumma religione, pro immenſis ex Divina ejus gratia in nos cumulatis beneficiis, omnibus noſtris factis, dictis ac cogitationibus colamus, tandemque DEO, nobis ipſis, aliisq; hominibus officia præſtando, vitam honeſtatis laude fulgentem agentes, transacto miſeræ hujus vitæ curſu, æternam olim felicitatem conſequamur.

Μόνῳ Τῷ Θεῷ δόξα.

In Dissertationem
De Fundamento Honestatis,
Viri
Literarum Morumq; gratiâ commendatissimi,
Dn. CLAUDII AUSTRIIN,
Philos. Candidati Meritissimi,
Amici sincerè dilecti.

Quum calamo vitaque simul Fundamen Honesti
Ponis, Honestatis præmia jure refers.
Mente quam manu prolixiori ludeb.
JO. SID-BECK.

Eidem,

Naturen af sig sielf syns Ährbarheet berömmal/
Det den doch bättre gör/ som dygden har förfökt/
Samt med berömlig flijt Naturens gåfwor öka.
Han kan om Dygdens Grund och Ährbarhet rätt dömma.
I har Her Candidat til dygd och flijt Ehrt sinne
Länge ifrån unga åhr alt in till denna stund/
Då I Ehrt lärda Wärck om Heders Rätta Grund
Framteen: Ty Wähl förtient snart Heder-Cronan winna.

Ehr

Ehr kära Mor kär hor sin önskan lycklig wunnit/
Som snart sin kåre Son med glädie skåda får
Hur' han med Heders-Namn och Crans be-
prydder gåår/
Ty mehr än trefalt sål/ som så wähl Måhlet
hunnit.
Således sin inra fägnad wijsande
i största hast
JONAS FODIIN,
Oſt-Gothus.

Tam doctè pandis, CLAUDI, Fundamen Honeſti
Ut modo Te lauro cingat Apollo ſuâ.
Quam Tibi nunc AUSTRIIN *fidè grator vo-*
veoque:
Sint ſemper vitæ ſtamnia firma tuæ.
JOH. RYDBOHM.